

potum [forte populam] eduxit, ad litus maris usque A perduxit.

Fornacis flammam pueri contempserunt, Christo jugiter immolaverunt, viam iniquam dereliquerunt.

*Super* Laudate Dominum de cœlis.

De cœlis Dominum laudate, psalterium jocundum immolante, laudate eum in sono tubæ.

Pharao demersus est in Rubrum mare. Moyses pertransit in sicco pede maria, dixit Deo cantate.

*De martyribus.*

Post ignes et hinc, cruce, atque bestias sancti cum magno triumpho vehuntur in regno et in refrigerio.

In invocatione sanctorum Martyrum miserere, Dea supplicium tuorum.

*Super* Dominum refugium, in Dominio dicitur.

Convenire, Domine, usqueque, et deprecabilis esto super servos tuos.

*Item alia.*

Respice in servos tuos et in opera tua, Domine.

*Item alia.*

Repleti sumus mane misericordia tua.

*Alia cotidiana.*

Sit splendor Domini Dei nostri super nos.

*Memoria abbatum nostrorum.*

Sancta sanctorum opera

Patrum, fratres, fortissima

Benchorensi in optima

Fundatorum Ecclesiam,

Abbatum eminentia

Numero, lampara, ramina

Sine fine fulgentia,

Andite magna merita,

Quos convocavit Dominus

Cœlorum regni sedibus.

Amavit Christus Comgillum

Bona et ipse Dominum,

Carum habuit Begnoum,

Dominum ornavit Edgum,

Elegit sanctum Signacum

Famosum mundi magistrum,  
Quos.

Gratum fecit Fintenanum,  
Herodem, alium, inclytum,  
Illustravit Machlaisreus,  
Kaput abbatum omnium,  
Lampada sacra Seganum  
Magnum Scripturæ medicum.

Quos.

Natus vir erat Beracnus,  
Ornatiss et Cumnenus,  
Pastor Columba congruus,  
Querela abaque Aidanus,  
Rector bonus Bautherius,  
Summus antistes Cronanus.  
Quos.

*Ad communicare.*

Corpus Domini accepimus, et sanguine ejus potati sumus, ab omni malo non timebimus, quia Dominus nobiscum est.

*Item alia.*

In labiis meis meditabor hymnum, alleluja; cum docueris me, ego justitias respondebo: Alleluja.

*Item alia.*

Gustate et videte, alleluja, quam suavis est Dominus, alleluja.

*Alia.*

Hoc sacrum corpus Domini et salvatoris sanguinem sumite vobis in vitam perennem. Alleluja.

*Item alia.*

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine.

*Item alia.*

Hic est panis vivus, qui de cœlo descendit. Alleluja, Qui manducat ex eo, vivet in æternum, Alleluja.

*Item alia.*

Refecti Christi corpore et sanguine, tibi semper, Domine, dicamus: Alleluja.

*Ad Vesperum et ad Matutinum.*

Gloria in Excelsis Deo, et in terra pax, etc.

Tantis successit Camanus  
Vir admirabilis omnibus.  
Christo nunc sedet supremus,  
Hymnos canens quindecimus,  
Zoon ut carpat Cronanus,  
Conservet eum Dominus.  
Quos

Horum sanctorum merita  
Abbatum fidelissima  
Erga Comgillum congrua  
Invocamus altissima,  
Uti possimus omnia  
Nostra delere crimina  
Per Jesum Christum æternæ  
Regnantem in secula.

## ORIGO

### CANTUUM ET CURSUM ECCLESIASTICORUM,

EX CODICE VETUSTISSIMO.

(Spelman. Concil. Anglic. tom. I.)

Si sedulo inspiciamus cursus auctores, in or-  
dium reperimus decantatum fuisse, non sicut alkul  
Imperiti fuisse, vel varis objectiones pertulerunt,  
adhuc multi conantur fore.

Beatus Trosimus episcopus Arelatensis, et sanctus  
Photinus martyr et episcopus Lugdunensis, discipu-  
lus sancti Petri apostoli, sicut et refert Josephus et  
Eusebius Casariensis episcopus, cursum Romanum  
in Galles tradiderunt.

Inde postea relatione beati Photini martyris, cum  
quadraginta et octo martyribus, retrusi ergastulum,  
relatione ad beatum Clementem IV loci successoris  
relatione ad beatum Clementem IV loci successoris  
Petri apostoli deportaverunt, et beatum Inerenium  
episcopum beatus Clemens ordinavit, Hoc in libro  
sancti ipsius Inerenii episcopi et martyris reperies.  
Edoctus a beato Polycarpo Hismerniorum episcopum  
et martyrem, qui fuit discipulus Joannis apostoli,

sicut refert historiograffus Josephus et Hiereneus A dra summi honoris, pro reverentia sanctitatis eorum episcopi in suo libro.

Johannes evangelista primum cursum Gallorum decantavit; inde postea Polycarpus discipulus sancti Johannis; inde postea Hiereneus qui fuit episcopus Lugdunensis Gallei. Tertius ipse ipsum cursum decantavit in Galleis.

Inde modulationibus, series Scripturarum Novi ac Veteris Testamenti, diversorum prudentium virorum paginis, non de propriis, sed de sacris Scripturis reciperent [recepterunt] antiphonias et responsoria, seu sonus, et *Allelus* composuerunt, et per universum orbem terrarum, ordo cursus est. Non sicut multi opinantur, ut Gallicanus quidam clericus Britto modulatione deditus quod ipsum edidisset, quod non facit quod beatus Hieronymus presbyter, Germanus et Lupus episcopi, Pelagianam hæresim, vel Gallianam (quæ nomen ipsius titulatur) ex Britannii et Scottiis provinciis expulerunt, unde alium cursum qui dicitur præsentate tempore Scottorum, que... sa opinione jactatur.

Sed beatus Marcus evangelista, sicut refert Josephus et Eusebius in libro iv, totam Ægyptum vel Italiam taliter prædicaverunt, sicut unam Ecclesiam, ut omnis sanctus, vel *Gloria in excelsis Deo*, vel oratione Dominica, et *Amen* universi tam viri quam feminae decantarent. Tanta fuit sua prædicatio unita, et postea Evangelium ex ore Petri apostoli edidit.

Beatus Hieronymus adfirmat ipsum cursum qui dicitur præsentate tempore Scottorum, beatus Marcus decantavit, et post ipsum Gregorius Nanzenzenus, quem Hieronymus suum magistrum esse adfirmat. Et beatus Basilius frater ipsius sancti Gregorii, Antonius, Paulus, Macharius, vel Johannes et Malchus secundum ordinem Patrum decantaverunt.

Inde postea beatissimus Cassianus, qui Livorense monasterio beatum Honorium habuit comparem. Et post ipsum beatus Honoratus primus abbas et sanctus Cæsarius episcopus qui fuit in Arelate et beatus Porcarius abbas qui in ipso monasterio fuit, ipsum cursum decantaverunt, qui beatum Lopum et beatum Germanum monachus in eorum monasterio habuerunt. Et ipsi sub normam reguli ipsum cursum ibidem decantaverunt, et postea in episcopatus catho-

dra summi honoris, pro reverentia sanctitatis eorum sunt adepti.

Et postea in Britannii vel Scottiis prædicaverunt, quæ Vita Germani episcopi Antisiodorensis, et Vita beati Lupi adfirmat, qui beatum Patricium spiritaliter litteras sacras docuerunt atque enutrierunt, et ipsam episcopum pro eorum prædicatione archiepiscopum in Scottiis et Britannii posuerunt, qui vixit annos centum quinquaginta tres, et ipsum cursum ibidem decantavit.

Et post ipsum beatus Wandilochus senex, et beatus Gomogillus, qui habuerunt in eorum monasterio monachus circiter tria milia.

Inde beatus Wandilochus in prædicationis ministerium abbato Gomogillo missus est; et beatus Columbanus partibus Galliarum destinati sunt Luxogilum monasterium, et ibidem ipsum cursum decantaverunt.

Et inde postea percerebat formam sanctitatis eorum per universum orbem terrarum, et multa caesobia ex eorum doctrina tam virorum quam puellarum sunt congregata.

Et postea inde sumpsit exordium sub beato Columbano, quod ante beatus Marcus evangelista decantavit, et si nos non creditis, inquirete in Vita beati Columbani et beati Eastasi abbatis, plenius invenietis, et dicta beati Attheleti abbatis Ebovensis.

Est alius cursus orientalis a sancto Cromacio et Eliodoro et beato Paulino, seu et Athanasio episcopo editus, que in Gallorum consuetudinem non habetur, quæ sanctus Macharius decantavit, hoc est, per duodenas, hoc est, unaquæque hora.

Est et alius cursus quem refert beatus Augustinus episcopus, quod beatus Ambrosius propter hereticorum ordinem dissimilem composuit, quem in Italia antea decantabatur.

Est et alius cursus beati Benedicti, qui ipsam singulariter pauco discordante a cursu Romano quem in sua regula repperis scriptum: sed tamen beatus Gregorius urbis Romæ pontifex, quasi privilegium monachis ipsum sua autoritate in Vita sancti Benedicti in libro Dialogorum adfirmavit, ubi dixit non aliter sanctus vir docere, nisi sicut ipse beatus Benedictus vixit.

## ANTIQUUM MARTYROLOGIUM GALLICANUM

EX MS. ILLUSTRISSIMI DOMINI CHAUVELIN, REGIORUM SIGILLORUM CUSTODIS.

(Marten. ampliss. coll. tom. VI.)

### INCIPIIT MARTYROLOGIUM.

#### JANUARIUS.

*Januarius habet dies xxxi, luna xxx.*

Kalendas Januarii, Circumcisio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem.

In Oriente, Stephani. Nicomedia, Euphrosini episcopi, Primiani.

IV Nonas Jan., Antiochia, Syridoni episcopi, Firmi,

D Macharii abbatis. Hæc in Æthiopia, Rutuli, Claudiæ, Aurigo, Vetali, Yertæ, Stephani.

III Nonas Jan., Cyrici, Primi. Parisii civitate, Deposito sanctæ Genovefæ virginis.

Vienna civitate, beati Florenti episcopi.

Pridie Nonas Jan., in Africa, Aquilini, Gemini